



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.I.], [ca. 1650]

Capvt XI. Dæmon ab obsesso pellitur. Sacræ Reliquiæ ad S. Vincentij
deferuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45568

Iean. 9. 1. ipsum hominem à poena simili liberasse, hunc quoque per electum membrum suum à tenebris diuturnæ noctis eripiens, ignotam prius Iticem videre concessit.

CAPVT XI.

Dæmon ab obfesso pellitur. Sacra Reliquie ad S. Vincentij deferuntur.

EADEM horâ, eodemque in loco, id est, in Ecclesia coram clero diuina cärmina concinente, multisque alijs fidelibus adspicientib', arreptus quidâ à dæmonio, vexari misetrimè cœpit. Diu namque ab eo torqueri antè solebat: sed dum interuentu eiusdem Confessoris, expulso hoste nequissimo, sospitatem mentis recepit, nec deinde ullum in se larualis phantasmatis sensit horrorem. Ita illius diei exordio geminata lætitia cælitùs illustrato, infinitam populi multititudinem sexus vtriusque

que atque omnis conditionis & aetatis, tam ex ea regione, quam ex vicinis urbibus tantorum signorum latè circumvolans fama contraxit. Celebratis verò Missarum <sup>Missarum
solemnia,</sup> solennijs, accelerabat Episcopus sanctum illud Corpus his, qui ad patrem secum delaturi erant, commendare, ipsumq; cum honore debito ex urbe deducere, antequā ad uehiens turbarum immensitas, eorum iter impediret. Ornatur itaq; clerus omnis sacerdotalib^z & ecclesiasticis indumentis, eleuatoq; fectro sanctorum pignorum in humeros sacerdotum, sonantibus quoq; signis omnium per urbem ecclesiastū, ac praeuentibus, qui sanctæ & viuificæ Crucis vexilla, sanctorumq; Euangeliorum libros & sacras Reliquias in aureis argenteisque reditorijs cum aromatibus prefe-rebant, deducitur cum ingenti cunctorū veneratione, cū psalmis, hymnis & antiphonis, in Oratorium. <sup>Sacerdos
ornatus
pompa in
deducendis
ss. reliquijs.
campane
omnes pul
satæ ieiunia
lims.
S. Crucis ve
xilla pres
ferritum
solita.
Libri Euang
geliorum
portati.
Aromata
incensa.
S. Vins.</sup>

64 TRANSLATIO

Templum S. Vincentij, situm iuxta portam
S. Vincentij. urbis, per quam egressuri erāt. Pro-
 sequebatur autem maxima multi-
 tudo plebis: sed non minor ibidem
 obuiauit, quæ signorum rumore
 audito, vnde confluuebat.

CAPVT XII.

*Pia plebis atq; Antistitis de S. Libor I Reliquijs
 excitata contentio, & composita.*

*Studium
 Cenomanen-
 sis populi
 erga cultu-
 Sanctorum:
 & Queri-
 monia.*

TVM verò non leuis oritur
 contra Præsulē populi que-
 rimonia, clamantibus plu-
 rimis, magni sē patrociniij tuitione
 priuari, ablato à se corpore tanti
 confessoris, cuius intercessione so-
 lerent ab omni aduersitate muniri.
 Hoc suæ regionis vnicum post De-
 um fuisse tutamen, hunc honorem
 maximum, hanc gloriam singula-
 rem. Timere sē meritò posse, ne
 translatiis eius venerandis artibus
 pariter nominis cius in breui vene-
 ratio